

A demone Iphicles, matre confectus, totam Peloponnesum reliquit. Matra forore defuncta, eduxit infantem ejus, atque ad divinitatem simul provexit. Hinc matrone Romanæ Matuzæ solentibus non fuis, sed fratrum & fororum liberos amplectuntur & honorant. *Plur. de Pietate erga frat.*

Alevam Theffaliam patet infolentem & effrenatam coerebat & acerbe tractabat; sed fovebat eum & adungebat sibi Patruus. Mitentibus autem Delphos Theffalis ad Apollinem de regno fortes, iniecit pro Aleva clam patre unam patruus. Eam cum extraxisset sacerdos, insinuavit patre fore rem pro eo injecisse: ac videbatur omnibus intervenisse in nominum descriptionibus error. Quapropter iterum ad deum consulendum miserunt. Tum sacerdos comprobans priorem repuntiationem, fata est:

Rufum demonstro tibi, quem Archedice edidit, illum.
Ad hunc modum declaratus ab Apolline Rex patrii opera Alevas, cum ipse præfulsit longè regibus priotibus omnibus, tum gentem eam ad magnam gloriam & opes provexit. *Idem.*

B Affinium, Cognatorum, Consanguineorum.
Amor.

ANTONIUS Coratius & Gabriel Condulmerius Veneti, nepotes Gregorii VII. tanta vitæ morumque similitudine inter se juncti fuerunt, ut simul monasticam vitam ad S. Georgium in Alga Venetiis profecti sint. Antonius à Gregorio patruo Romam vocatus, prius ire noluit, quam Gabrielem quoque vocaret, neque Episcopatum Bononiensem acceptare, quam Gabrielem Senensis delatus esset: quin & galerum recufavit, quoad alterum Gabrielem impetravit. Legati simul Concilio Constantiensi interfuerunt. Tandem Gabriel ad Pontificatum ascendit sub nomine Eugenii IV. Antonius cum Gabrielis mores cum honore simul mutatos videret, Venetiis in cœnobium rediit solus, qui solus egredi noluerat. *Hieron. Garimbertus lib. 3. de Vita Pontificum.*

Servorum.
Consule Tit. Fidei, item Clementem dominorum erga servos.

Ex Tit. Fidei servorum erga dominos.
C Apud Gallos tantum olim fuit servorum erga dominos amor, ut cum defunctis dominis unâ cremarentur. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7.*

C. Græchus, ex Aventino fugiens, ne in potestatem inimicorum veniret, Philocrati five Eupoto servo suo cervicem incidendas præbuit. Quas cum ceteri ictu abscidisset, gladium cruore domini madentem per sua egit præcordia. *Valerius Max. lib. 6. cap. 8. & Sabell. lib. 3. cap. 8. & Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 11.*

NAERA & Charmione, duæ Cleopatæ reginæ pedissequæ, spontaneam dominæ mortem imitæ, semivivæ reperiuntur, dominæ jam mortuæ coronam capite delapsam reponentes. Hinc de fidei amicis dici soletum, Naera Charmione. Quod amicitia genus Ægyptii appellabant *συναποθνήσκοντες*, id est, commorientium. *Plut. in Antonio.*

POB. Carens Philotimus, à patrono bonorum omnium heres relictus, vivum se rogo iniecit, cumque eo mori voluit: ut quorum animos singulari amicitia vita conjunxerat, corpora in morte non disjungerentur. *Sabell. lib. 3. cap. 8. Plinius lib. 7. cap. 36.*

D AMOREM OSTENDUNT SERVI erga Dominos.

INSTRUENDO, CONSULENDO.

Quam esset emptus Diogenes, perinde quasi ipse Xenia dem Corinthium herum suum emisset, dixit illi: Vide, ut justis meis parcas. Cumque ille diceret, *ὄνομα πτωχόν*: signifiicans rem præpostere agi, si servus impetret hero. Si medicum, inquit Diogenes, emisses æger, non illi præscribenti obtemperares? au diceret, *ὄνομα πτωχόν*? Si herus corpore malè affectus auferat servo rei medicæ perito, multo magis decet animo ægrum, auferat servo Philosophia perito; quod enim animæ medicæ præstat corpori, hoc philosophia præstat animo: illa medetur febri, hæc pravis cupiditatibus. Quanto autem animus præstat corpori, hoc illius morbi sunt, quam hujus, graviore. Qui cum à præcone rogaretur, Quo titulo vellet prædicari, respondit, Se scire imperare liberis, ubi vidisset prætereuntem quemdam bene cultum: Huic, in-

quit, me vende: nam is eget domino. Dicebat enim, inter servos ac dominos malos præter vocabula nihil aliud interesse, nisi quod mancipia fervirent dominis, domini cupiditatibus: significans, utroque esse servos: miseriores tamen fervire fervientem dominos, quam mancipia, si sint improbi. *Laert. lib. 6. Xenias rogatus, Quem hominem domi emptum haberet? Non hominem (inquit) habeo, sed bonum Genium, qui domum meam ingressus, & sanctè & justè servit apud me fervitum.* *Sabell. lib. 3. c. 8.*

Consule verbum Famili, Servi.

VITAM CONSERVANDO.

Menelaus reversus ab Ægypto, ducens Helenam, ad Rhodum appulit. Cum autem Theopetremus ad Trojam occubisset, uxor Polyxo versans in luctu ac squalore, postquam nuncium est allatum, Menelaum cum Helena venire, mariti vicem ulcisci volens, cum Rhodiis universis, viris & mulieribus, ferentibus ignem ac lapides, ad naves impetum fecit. Menelaus, cum ob ventorum asperitatem solvere non posset, & diademata famulam omnium formosissimam amicum. At illi coniecto, quasi satis magno supplicio Theopetrem mortem sumpto, si interfecissent Helenam, discesserunt. Menelaus cum Helena abnavigavit. *Polyen. lib. 1.*

Tyrum urbem Phœnicie clarissimè inopinata fervorum conspiratio oppressit. Cuncti liberæ fortunæ viri ad unum cum virili stirpe perierunt: servi oppido portu, uxores & filias eorum quos perdididerant, sibi matrimonio jungunt. Duo ex omni civium numero, senex cum filio admodum puero, ob mite clemensque imperium, serviopera occultè servati sunt. Hos ille quum ab novæ civitatis oculis sepositisset, ita accidit, ut quum primum consilia de creando rege moveri cœpta sunt, is qui mitis fuit in dominos, ad Stratonem (id feni nomen fuit) totam rem detulit. Comparatum erat inter servos, ut qui eorum postidie nascentem solem primum conspiciat esset, tantum superis gratissimus, Rex consuleretur. Moner hominem de se meritis Stratoni, instruitque, ut quum ceteri in ortum oculos intendissent, ipse contracto statu murorum fastigia, quæ aliquantulum prius ab sole feriuntur, prospiceret. Id feni consilium secutus ille, primum Solis radium repente à tergo demonstravit. Ceteris in admirationem versis, ac sciscitantibus, cuius hominis id esset commentum (nam ferve, ut crederent, non poterant in animum inducere) coactus auctorem procedere, de hero à se servato confessus est. Tunc vero apparuit, quantum libera ingenia servilibus præstarent prudentia. Vita itaque Stratoni & filio concessa, quadam deorum providentia sibi senem servatum rati, regem constituunt. Post cuius exitum filius regnavit. A quo longo deinceps ordine est posteris regnum traditum. Alexander Macedo, qui Tyrum longa obfisione cepit, nefarie cædis memoriam pertractus, velut antiquæ Tyriorum injuriæ ultor, quicumque bello superfuere, crucibus, quod servile fuit supplicium, ad unum affixit, Stratoni tantum progenie servata: cui genti, ejusdem iusti, summa est regni, ut antea, permilla. Insulanos ut innoxios attribuit, ut servili stirpe sublata nova civitas ex ingenio conderetur. *Sab. lib. 9. Enn.*

Artinoe Lyfimacho marito suo vita defuncto, cum maximo Ephesi motus oriretur, & qui Seleuci partibus favent, multos deiecerent, portaque aperirent: in cubiculo regio famulam regia stola amictam collocavit, multique satellitibus eam munivit. Ipsa verò laceros induta pannos, & fordidatum vultum, per aliam januam egressa, currit ad naves, & solvit. Meneceates, unus è ducibus, impetu in cubile facto, confodit famulam, Artinoen eam esse existimans. *Polyen. lib. 8.*

Cum pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirpes, evidentissimis exhausta cladibus, ad unicam filiam Harmoniam virginem esse redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix ejus æqualem illi puellam regio cultu ornatam hospitibus gladius objecit. Quæ cum neque ferro perita, cuius esset conditoris edere vellet, admirata illius animum Harmonia, tante fidei superesse non sustinuit, revocatoque interfectores, professa quamnam esset, in cædem suam convertit. Ita alteri reatum mendacium, alteri veritas aperta fuit vitæ finis. *Val. lib. 3. cap. 2.*

Cum præmeret obfidio Crumentum, servi relicta domina ad postes transfugerunt. Capto deinde oppido, impetum in domum, habita conspitatione, fecerunt: & extraxerunt domum,

aminam, vultu pœnam minante, ac voce obviis asserente, quod tandem sibi data esset copia crudelem dominam puniendi: raptamque quasi ad supplicium, tutati sunt. *Macrobi. lib. 1. Saturn. c. 11.*

P. Scipionem Africanum majorem, postquam cum Hannibale confixerat, faucium in equum servum imposuit: & cæteris deferentibus, solus in castra perduxit. *Ibid.*

Cam Marius & Cinna, Roma occupata, civis crudeliter necarent: Cornuti servi domi abditum dominum cum haberent, cadaver hominis plebei ex collo suspensum, cuius digito anulum aureum induerant, ostenderunt satellitibus Marii, idque pro domino combussere. Neque id advertebat quispiam, sed ea ratione Cornutus à servis furrim est in Galliam deportatus. *Plut. in Mario.*

Bello civili Caesar castra posuit sub muris Corfinii, quod Domitius cum triginta cohortibus tenebat. Hic spe abjecta salutis, poposcit servo suo medico venenum, datumque pro lethali haustu. Mox mirifica accepta Cæsaris in captivis humanitate, deploravit se, caloremque inculcavit consilii sui. Quem ubi medicus crexit, somnificum indicans non fenebre bibis esse medicamentum: surrexit admodum hilaris, & ad Cæsarem contendit, dataque sibi ab eo venia, iterum profugit ad Pompejum. *Plut. in Cesare.*

Urbanus Panopionis servus, cum ad dominum profectum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognosceret: commutata cum eo veste, permuto etiam anulo, illum postico clam emisit, se autem in cubiculo ac lectulum recepit, & ut Panopionem occidi se passus est. Panopion quantum servum deberet, amplum ei faciendum monumentum, ac testimonium pietatis grato titulo reddendo, confessus est. *Val. Max. lib. 6. c. 8.*

C. Plotinus Plancus, Munacii Planci consularis & censorii frater, cum à Triumviris proscriptus in regione Saletinana lateret, delicatioris vitæ genere, & odore unguenti, occultam salutis custodiam detexit. Illis enim vestigiis, eorum qui miserum prosequerantur, sagax inducta cura, abditum fugæ ejus cubile odorata est. A quibus comprehensi servi latentes, multumque ac diu torti, negabant se scire, ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam fideles tamque boni exempli servos ulterius cruciari: sed processit in medium, jugulumque gladius militum objecit. *Val. lib. 6. c. 8.*

Antonius & Lepidus cum Octavio confederati, cum plurimum in proscriptis fervirent, & totam urbem occisorum cadaveribus implerent: in tanta urbis occisorum servus quidam in speluncam dominum inclusit. Qui cum non multo post quibusdam prodicione indicatus esset, ita ut mors ei haud dubia impenderet: servus veste cum domino commutata, ingredientibus proparavit obviam, & quasi ipse dominus esset, occidi se passus est. *Xiphil.*

Cepionem morti adjudicatum, quod insidias parasset Augusto, servus ad Liberum in cista delitit, pervechumque Hostiam in agrum Laurentem ad villam patris nocturno itinere perduxit. Cuius deinde navigationis naufragio una expulsum dominum Neapolitanis dissimulante occulto, exceptusque à centurione, nec precio nec minis potuit adduci, ut dominum proderet. *Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 11.*

Romæ cum regnante Augusto multi proscriptorum in domibus interficerentur, servus quidam mutatis cum domino vestibus, in operam lecticam ingressus, domino persuasit, ut eam deserret. Post ubi ambo deprehensi sunt, servus ne conspectus quidem necatus est: dominus verò quasi lecticarius evasit. *Quid Nicias in Augusto.*

Matthias Corvinus Ungariæ rex, initio regni sui à quibusdam procerum, qui Michaelis Zilagii sui avunculi & tutoris dignitate ægè ferebant, instigatus, avunculum colloqui gratia evocatum, capi iussit, & Vilagosnaro castello inclusit, nec multo post de eo tollendo præfectos duos literas admonuit. Illis supposititias literas esse mentibus, alter eorum ad regem proficiscitur, ejus voluntatem explicatur. Interea Coquus, quem illi concesserant præfecti, ex arcu Turcas adesse clamantis, prædilatam cohortem arma sumere jubet. Ipse novissimum cum tribus conservis obsequi fingens, egressis à tergo portam obstruit, & fracto carcere Michaelæm educit, castellique dominum facit. Is rustica manu, & commeatibus oppidulum complevit. Mox accitis amicis, contra Turcas læpè excursionis fecit: ad regem nuncium salutis suæ misit, se plis quoque quam nepoti, cui

B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.

ipse regnum afferuisset, debere significans. Matthias erratum agnovit, eundemque paulo post in gratiam recepit. *Bonf. lib. 1. Dec. 3.*

Mauricius Saxoniz dux, anno Christi MDXXII. adhuc juvenis profectus in Turcas, & è castris quodam die profectus, uno solum comitante satellite Germano nobili: cum in Turcas aliquot irruisset, manus conferit, equoque confosso in terram effunditur. Ibi famulus fidelissimus corpore toto super eum incumbens, jacentem protegit: ac tantisper hostes sustinuit, donec equites supervenerent, qui principem eriperent. Ipse multis vulneribus acceptis, in castra relatus, non multo post interit. *Steidan. lib. 15.*

INSIDIAS DETEGENDO.

Julianus Card. Alexandri VI. odium metuens, Franciscum Afidosium Secretarium ad Pontificem misit. Pontifex minis & muneribus cum Francisco egit, ut patronum veneno necaret. Franciscus Pontificis furias metuens, si renueret, omnia se facturum pollicitus, accepto veneno Florentiam abijt, morbumque simulans, Julianum de insidiis admonuit. Alexandro interea eo, quod alteri paraverat, veneno absumpto, Julianus in pontificatu succedens, F. sub nomine Julii II. Franciscum Cardinalem fecit. *Papientem. Garimb. lib. 4.*

CRUELITATI ERIPENDO, OCCIDENDO.

Cluentium Pelignum Italicensem (alii C. Vestium habent) comprehensum ab inimicis servus occidit, ne traderetur Pompejo hosti: ac se, ne domino superstes fieret, interemit. *Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 11.*

Consulem C. Marium, Prænestinæ obfidionis miserabilem exitum sortitum, cuniculi latebras frustra evadere conatum, levique vulnere à Telesino, cum quo mori destinaverat, perstricium: servus suus, ut Syllanæ crudelitatis expertem faceret, gladio trajectum interemit, cum magna præmia sibi proposita videret, si cum victoribus tradidisset. Cujus dextræ tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, à quibus salus dominorum protecta est: quia eo tempore Mario non vita, sed mors in beneficio reposita erat. *Val. Max. l. 6. c. 8.*

OPIBUS CONSULENDO.

Herculis simulacrum rati infernum, è Tyro mati delatum, incerta de causa, ut memorant Erythraei Jones. Ea navis primum ad Heram, quæ è portu Erythæorum Chion solentibus propemodum media est, delata, cum jam terram attingisset, conspecto signo, summis viribus Jones & Chii certatim ad se illud pertrahere conati fuerunt, sed frustra. Donec cuiusdam Erythæi Phormionis, piscatoris cæci, somnio moniti sunt, oportere Erythæorum feminas comas tondere: è capillo earum fit viri fides contextus esset, non difficeret, quò vellent, ratem pertracturos. Illi cum cives femina recufarent, è Thracia mulieres, quæ voluntaria servitute, ingenæ ortu cum essent, vicium sibi apud Erythæos quærebant, se tondendas præbuerunt. Quare jam rate portu Erythæi edixerunt, solis è Thracia mulieribus in Herculis sanum introire ut liceret. *Pausan. in Achaicis.*

AUXILIANDO.

SERVORUM opera in militia quoque feliciter usus dominos, ex Tit. Strategematum in militum delectu, colliges.

COMITANDO, NON DESERENDO.

Antius Restio proscriptus à Triumviris, cum omnes domesticos circa rapinam & prædam occupatos videret: quam maximè poterat dissimulata fuga, se penatibus suis in tempesta nocte subduxit. Cujus furtivum egressum servus ab eo vinculorum pena coercitus, inexpiabilique literarum nota H per summam oris contumeliam inustus, curiosi speculatus oculis, atque vestigia huc atque illic errantia benevolenti studio subsécutus, lateri voluntarius comes arrepsit. Quo quidem tam exquisito tamque accipiti officio perfectissimum expectatæ pietatis cumulum expleverat. His enim, quorum felicitior in domo status fuerat, lucro intentis, ipse cum nihil aliud quam umbra & imago suppliciorum suorum maximè sibi esset emolumentum, ejus à quo tam graviter punitus erat, salutem vindicavit: cumque abundè foret itam remittere, adjecit etiam charitatem: nec hæc tenis benevolentia processit, sed in eo conservando mira quoque arte usus est. Nam ut sensit cupidus sanguinis milites supervenire, amoto domino rogum extruxit, eiq; egentem à se comprehensum & occisum senem superjecit. Interrogantibus deinde militibus, ubi nam esset Antius, manum rogo intendens, ibi illum datis sibi crudelitatis piaculis uris, respondit. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci fides. Quo evenit, ut Antius

Bb statim

A statim querenda incolumitatis occasionem assequeretur. Ibi & Dion. in August. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11. & App. lib. 4. Bell. civilium.

ACCUSATIONEM PRÆCIDENTO.

Sub Taberio Cæsare fuit accusandi frequens & pene publica rabies, quæ omni civili bello gravius rogata civitate confectæ. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas jocantium, nihil erant tutum, omnis feriendi placebat occasio. Cœnabat Paulus prætorius imaginem Tyberii habens in gemma, matellam poposcit. Id factum Maro ex notis illius temporis vigilatoribus notavit. At servus ejus cui necabantur insidiæ, ebrio anulum extraxit, quum Maro convivas testaretur, adnotam esse imaginem in obscenis, & jam subscriptionem componeret. Cel. lib. 7. cap. 26. A. L.

ARCANA TEGENDO.

M. Antonius clariss. orator, in cæsi reus agebatur. Cujus in judicio accusatores servum in quaestione perseverantissimè postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, lateranem prælatam contenderent. Erat autem etiam tum in verbis, & stabat coram, videbatque rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugavit. Ille verò, ut domum ventum est, Antonium hoc nomine vehementius confutum & sollicitum ultro est horatus, ut se iudicibus torquendum traderet, affirmans nullum ex ore suo verbum exiturum, quo causa ejus læderetur: ac promissam fidem mira patientia præstitit. Plurimum laceratus verberibus, eculoque impositus, candentibusque etiam laminis usus, omnem vim acculatoris, custodiæ rei salute, subvertit. Argui fortuna meritis potest, quod tam pium & tam fortem spiritum servili nomine incluserit. Vider. Max. lib. 6. c. 8.

Æsonus libertus Demosthenis, conficius adulterii, quod cum Julia patronus admiserat, tortus diutissime perseveravit, non perdere patronum: donec aliis coarguentibus conficius Demosthenes ipse fateretur. Macrobius lib. 1. c. 11. Saturn.

NON PROBENDO.

C. Plotinus Plancus, Munacii Planci consularis & consorci frater, cum à Triumviris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatioris vitæ genere, & odore unguenti, occultam fatis custodiam detexit. Istis enim vestigiis eorum, qui miserum persequerentur, sagax inducta cura, abditum C. Plancus ejus cubile odotata est. A quibus comprehensi servi laterentes, multumque ac diu tori, negabant se scire, ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam fideles tamque boni exempli fervos ulterius cruciari: sed processit in medium, jugulumque gladiis militum objecit. Val. lib. 6. cap. 8.

Afinius Pollio proconsul, in Illyricum transiens Patavio, cogebat Patavinos, ut pecuniam & arma conferrent. Dominus autem ob id latentibus, nec premio nec libertate servi potuerunt adduci, ut dominos suos proderent. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11.

COMMORIENDO.

ARMIGER Sauli Saulum regem obnixè id rogantem noluit interficere. At cum Saul sibi manus intulisset, ipse quoque gladio incubuit. 1. Reg. 31.

D. Cajus Gracchus Optimii consulis arma fugiens, unicum fugæ comitem habuit servum Philocratem. Cum in lucum Furina pervenisset, ab eo sic petens obruncatus fuit: qui postquam illum interemit, mox super eum trajecit semetipsum. Ut vero alii tradunt, ab hostibus ambo vivi comprehensi fuere. Ceterum cum dominum servus complecteretur, nemo ferire illum prius valuit, quam hic à multis vulnera ingerentibus fuit interemptus. Plut. in Cajo.

Triumvirali conspiratione proscriptorem quendam fidelissimus servus sepulchro texit, quoad ipse ad mare curret, ut navigium ad fugam expediret. Mox inde reversus, herum interfectum invenit, sed adhuc paululum spirantem. Tum illi: Sustine inquit here, & hoc vide: vibratoque ferro, tumtum ducen, quoad eadem venerat, evescitio obruncat. Mox suam hausit pectus, inclamans: Et hoc solamen mortis accipe. Sab. lib. 5. c. 8.

M. Antonius victus Alexandriæ ab Octavio, & à suis desertus, cum Cleopatram sibi manus intulisse audiret, ipse quoque illum sequi statuit. Erat servus ei fidus Eros nomine. Hunc jam pridem oraverat, si res postularat, ut interfice-

ret ipsum. Tunc exopti promissa. Ille districtum ensim exerulit, quasi illum icturus: verum averso vultu interemit semetipsum. Quo ad pedes suos collapsus, Antonius; Machæ Eros, inquit, qui quod non sustinuit mihi ipse facere, quid faciendum sit doces, ita ventrem fodit, atque in lectulum demisit se. Plut. in Antonio.

NAERA & Charmione five Charmium, duæ Cleopatæ reginæ pedissequæ, spontaneam heræ mortem sunt imitæ: ac semivivæ repetæ sunt, dominæ jam mortuæ coronam capite delapsam reponentes. Plut. in vita M. Antonii.

PINDARUS C. Cassium Philippensi prælio victum, nuper ab eo manus missus, jussu ipsius obruncatum, insultationibus hostium subtraxit, seque conspectu hominum voluntaria morte abtulit, ita ut nec corpus quidem ejus absumpti inveniretur. Val. Max. lib. 6. c. 8.

MORTEM ULTISCENDO.

Lazarum Servæ Despotam Amurathos Turcorum rex, prælio victum, paulo post interfecit. Servus quidam natione Servianus, Despotæ proprii domini mortem agrè ferens, eamque summo perè vindicare desiderans, egregii viri nomen ipse morte post se relinquere decrevit, si que nactus occasionem, pugione Amurathem interfecit, circa annum Salut. 1373. Jovis in Amurath.

LIBERIS HERILIBUS CONSULENDO.

MYCITHUS servus Anaxilæ Messenii Rheginorum tyranni, qui Messaniam in Sicilia condidit, acceptum à domino regnum summa justitia administravit, & idem pupillis liberis, ubi adoleverunt, restituit, sumptoque exili viatico, cum summa tranquillitate consenuit Olympiæ. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11.

SERVUS Abrahæ omnibus præerat, quæ habebat dominus. Ejus studium, operam & pietatem in quaerenda uxore filio domini sui, pete ex c. 24. Gen.

* AMORIS VERI de quo hæctenus, IMAGO, Tradita à P. Rebuffo, Traité de Privileges Scholasticorum, Privileg. civ. in fine.

VETERES exprimere volentes Amoris, qui in affectu & humanitate consistit, naturam, & functiones requirit, cum hac imagine adumbrabant. Primum quidem pingebant in formam viri, facie juvenili, capite discooperato, indutum tunica viridi, & in ejus sinistris scriptum erat aureis litteris, G. vita & mors, in fronte erat scriptum, ætas & hyems, & juxta cor erat quædam apertura, per quam totum corpus poterat videri, & sibi scriptum erat, longè & propè. Ob id forma virili depingebatur, licet sapientia, & alie virtutes in forma feminea pingi essent solite, ad denotandam constantiam, quæ inesse vero amanti debet, quæ magis consistit in viro, quam in muliere, quia mulier varia & mutabilis, l. si filia, C. de officio testamento, c. foras, de verborum significatione. Varium & mutabile semper femina, dicit Virgil. Ergo non constans. Item facies juvenilis significat, quod verus amor perdurat sicut juvenis & permanet, fidus verò statim cadit. Præterea aperto pingebatur capite, quod signat inter amantes nil debere esse cooperatum, sed omnia palam: & idè Cicero de amicitia dicit, tria esse signa veri amoris, videlicet uniformitas indumentorum, frequentia cibi & potus, tertio revelatio secretorum.

Tunica viridis significat viriditatem veri amoris, nam herba, & arbores virides, continuo crescunt, sicut & verus amor. Litteræ aureæ, videlicet vita & mors, notant, quod verus amor diligit in vita, & morte. Unde Salomon: Omnia tempore diligit, qui amicus est: & habebat in sermone Paschali, quod Mariæ veniebat post mortem ungere Christum, & sibi Pepin. explanas, verum amicum durare etiam post mortem, quia amicus pro amico saltem orat post mortem.

Item ætas & hyems, descripta in fronte, denotat statum prosperitatis, & adversitatis, in quibus verus amicus semper diligit, & in adversitate, & in prosperitate, sed facti amici faciunt, quod scribit Gloss. in l. rem legat. ff. de adm. legat. Cum fueris felix, multos numerabis amicos, Tempora sifuerint nubila, solus eris.

Et iterum: Horrea formice venient ad inaniam nunquam, Ibi ad amissas nullus amicus opes. Intellige, nullus amicus fictus, de quo loquitur Seneca ad Neronem de Clementia: Nemo potest diu ferre personam fictam, omnia enim ficta celeriter tanquam flores decidunt, nec simulatam quidquam potest esse diuturnum: refert Amchar. in cap. Litera, nota 11. de præsumptione.

Apertura

A. Apertura cordis significat, quod veri amici habent cor apertum ad invicem, & sciunt invicem voluntatem amici, & cor ejus, ac cordis intima & secreta.

Longè & propè significat, quod veri amici absentes, tanquam præentes se multo diligunt. Hoc citat Albert. in dicto. in verbo, Amor. Ideo dicit Hieron. lib. 3. epist. 15. Nihil tam contrarium, nihil tam execrabile Deo, quam aliquid odisse, vel lædere velle, nihil tam probabile, quam omnes amare. Et Theophrastus solitus erat dicere, ut in ejus vita contineret: Expedit tam probatos amicos amare, quam amatos probare, amicitias immortales esse oportet, orationes breves, amicitias verò longas.

AMOR DEI ET PROXIMI.

Vide Tit. de Dilectione.

AMOR SUI SIVE PROPRIUS.

Quere Philantia.

AMOR PATRIÆ.

Vide Tit. de Patria.

B. AMOR CUPIDINEUS, UVULARIS,

SEV VENEREUS.

Ad hunc locum referri possunt, quæ alibi sub Tit. Libidinis, Adulterii, Luxuria, aliarumque Libidinis specierum dicuntur.

* Amor enim pro venereo Amore usurpatus secundum Augustinum, cupiditas aut libido appellatur. Hinc Virgil. Omne adeo genus in terris hominumque feyarumque, Et genus æquorum, pecudes, pitæque volucres, In furias ignemque ruunt. Amor omnibus idem.

* DIVISIO AMORIS CUPIDINEI.

PLATONICI Philosophi, ex gemina illa vi humanarum animarum, intelligendi una, generandi altera, duplicem Veneremprehendere, quæ & amores gemini comitentur. Equidem ubi humana species venustius concinnata ingerit seise nobis, mens nostra, quam esse in nobis Venerem aut statumque, & quidem superiore, eam tanquam divini decoris imaginem amplexatur & suscipit: perque hujus quandoque vestigia ad illud arripit, fructuque gradum. Ceterand verò facultas, acq altera dicitur Venus, pulchritudinis illecta radiis, acq permulla, formam illi per similem gestit effingere: quamobrem utrobique amorem recognoscimus. Sed contemplatur unus, alter generare cupit, atque expingere, quod decentissimum animadvertit. Amor uterque honestus ac probandus, modò fidei non confringat terferam, quando uterque divinam consecratur imaginem. Celius lib. 23. c. 3.

Amorem Heroicis fortè, quoniam hæc ipse dicitur, hoc est, à visione, substantiam habet, quando & Amor, qui affectio est, ab hoc habet in finem. Amorem porò Greci ipse vocant: quia, ut Plato inquit, ipse, id est, in finem extrinsecus per oculos, quamvis etiam in Phædro hæc ipse dicitur, id est, à robore ac vehementia dici ipse, Socrates putat. Plotinus.

Plato triplicem ponit amorem, divinum, ferinum, & humanum. Primum occurrente pulchro ad aspectu ad divinum contemplationem animum extollit, ab omni procul labe remotus: secundus bellarum more coinquinat: humanus autem inter utrumque consistens, sensus quidem quædam tenet oblectat, vitium tamen refugit. In symposio, quo quique ex ordine conviva de amore sermonem habet, geminam ponit Venerem cum gemino amore: primam, sine matre celestem & pudicam, quam sequitur amor pudicus: secundam, ex utroque sexu procreatam, impudicam, ex Dione: quam item amor sequitur impudicus.

* AMORIS INSULTUM SAPIENTIA

FRANGIT.

Ex Luciano.

Ceterum qua tandem ratione illiciti Amoris ignea jacula quis sit evulsus, eaque in animum prudentem & castum nihil juris habere, cum solium quærat effeminatos, & inerti otio deditos, juxta illud Poete, Oria sitollas, perire Cupidinis arcus, sive artes: Docuit elegantis Dialogio Lucianus, quo introducit Venerem cum Cupidine suo colloquentem. Vertit eum carmine Elegiaci Georg. Sabini, atque ita se habet.

Venus. Cypria compellans phæreatum mater amorem. Flebilis audiat est talia verba queri: L. B. T. theat. vite Human. Tom. 1.

Die age, qui stat dulcissime nate Cupido, Omnes cum timeant munus arma tui, Humanumque genus, manes Erebi que profundi, Sollicitent superos & simul illa deos: Sola tamen dicitur que præfides artibus, omne Effugit imperium casta Minerva tuum: Iuppiter immensi moderator orbis: Iste tuas sensit capus amore faces. Sensit & æquoreis Neptunus vitibus in undis, Innoque furivis, sate reperta thoro. Vt cæcam reliquis, & tu quoque nate parentem Iura pudicitie nec violare jubes. Degener an solum quo Pallada vincere possis, Extinctus nullam vim tuis ignis habet?

Cup. Desine diva parens mirari & quævere causam, Hanc mea cur nequeant tela ferire deam: Cumque potestati sunt omnia subdita nostræ, Sola meas spernat cur tamen illa faces. Hanc ego percussus metuo, cum lumine tantum Aspicit, aut vultu me trucidata notat. Sed tamen aggressus sumptis quandoque sagittis, Cum dea non esset castide tela, sui. Celabamque tuum perplexis artibus ignem, Ne tacitas possit prodere flamma dolos. Nemo sed occultum quantumvis celat amorem, Ipse meo semper proditur igne sui. Insidias igitur postquam cognovit apertas, Me procul in celum de pulvis illa fugat. Concita tum quoties galeam dea vibrat & hastam, Pectore cuncta mihi membra parente tremunt.

Venus. Quid galeam metuis? quid acuta & cuspidis hastam? Nate tuo vanos excute corde metus. Marte quid asperius fuit, aut quid durius ipso? Succubuit regni trux: tamen ille tuis. Qui prius indomitus tibi tela necemque parabat, Nonne dedit vitæ in tua vincula manus? Cup. Mari deus armorum nobis se tradidit ultro, Ipse, nec impostum ferre gravatur onus. At quoties oculis me conspicias improba Pallas, Quas iracundo non facit ore minas? Quam gerit, horrendam magna vi concutit hastam. Taliæque infano dicta furore refert: Ne mihi tela puer, mihi ne puer arma mineris, Erras, haudquaquam nos tua turba sumus. Si tamen accedis, nec me sinis esse quietam, Nostra tibi servas afferet iram manus. Aut ego te pedibus rapiens ad tartara mittam, Aut tibi tranfiget lancea nostra latus. Hoc pater ipse deum, cuius sum vertice nata, Iuppiter, hoc Erebi rex mihi testis erit. Tales quando refert irato pectore voces, E manibus nobis tela facesque cadunt. Præterea angustico me gestat caput illa Meduse, Cujus ad aspectum lumina nostra parent. Hoc ubi pretendit, figio, ceu cervix leonem, Aut fugit infestum terris dama lupum.

Venus. Sicine tu metuis conterritis egide divam? Magnanimi curas qui Iovis arma nihil. At quoque contemunt quare tua spicula Musa? Imperiumque fugit turba novena tuum: Num galeas vibrant etiam, aut hastiliatorquent, Cup. Aonides vultu sunt, o Cytherea, pudico: Pnice & illarum munera sancta colo. Artibus hæc semper, studiisque tenentur honestis. Iris in his igitur nil meus ignis habet. Cantibus invigilant, ducuntque per arva choreas, Luxuria verò desidæque vacant. Adde quod illarum captus dulcedine vocis, Sæpè voluprates, gaudia læpe fero.

Venus. Demique casta manet quare Dyctinna, nec ullum Vultus habet jaculis saucia facta tuis? Cup. In nullo manet illa loco, cursumque pererrans Omnia, conatus effugit illa meos. Nunc iuga montis adit, curvis nunc vallibus errat, Aut memorum saltus irrequiet a tenet. Nunc ibi veloces sequitur per devia cervos, Subdola nunc alibi retiatendit apris: Suspensumque humeris arcum, gestata phæreatram, Armat & illius cuspidis hasta manum.

Bb 2 Hac

A Hæc super Anio catu, castisque deabus, Arcitenens matri verba Cupido dedit. Quisquis ac insani vitæ Cupidinis arcum, Igibus & vacuum pectus habere cupit, Numina Pieridum, venatricemque Dianam, Aut colat armigeram Pallada: tutus erit.

AMORIS EJUSDEM VIS ET NATURA.

Ex consideratione statue, five simulacri. Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem, Nonne putas miras hunc habuisse manus? Hic primam vidit, sine sensu vivere amantes. Et levibus curis magna perire bona. Idem non frustra ventosâs addidit alas, Fecit & humano corde volare Deum, Scilicet alterna quoniam jactamur in unda, Nostraque non ullis permanet aura locis. Et merito hamatis manus est armata sagittis, Et pharetra ex humero Gnoiffa utroque jacet. Ante ferit quoniam tui quam cernimus hostem, Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

B Propertius 3. 12.

Quo fugis ab demens? nulla est fuga: tu licet usque Ad Tanaim fugias, usque sequetur Amor. Non si Pegaseo veteris in aere dorso, Nec tibi Persi moverit ala pedes. Vol sive scilicet rapiant talaribus aura, Nil tibi Mercuri proderit alta via. Instat semper Amor supra caput, instat amanti, Et gravis ipse super libera colla sedet. Excubat ille acer custos, & tollere nunquam Te patietur homo lumina captâ semel.

Idem 15.

AMORIS EXHIBITI.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Summopere amabat Rachelem Jacob Patriarcha, ita ut pro ea serviret Laban patri illius annis septem. Et videbantur dies illi pauci, præ amoris magnitudine. Gen. 29. vers. 18. Dina filia Læe egressa, ut videret mulieres regionis illius, cum à Sichem filio Hemor Hæthæi principe terre illius vita esset, adamavit eam, & rapuit, & dormivit cum ea, vi opprimens virginem. Ibid. c. 34.

SAMSON amavit mulierem que habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. Judic. c. 16. vers. 4.

AMMON adamavit Thamar sororem Abfalonis, & deprecabat eam valde, ita ut propter amorem ejus agrotaret, quia cum esset virgo, difficile videbatur, ut quippiam inhonefta ageret cum ea, lib. 2. Reg. c. 13.

ROBOAM amavit Maacha filiam Abfalon, super omnes uxores suas, & concubinas, lib. 2. Paral. c. 11.

HERODES quoque uxorem Philippi fratris sui vehementer amabat, ita ut fratre vivente, uti volunt nonnulli non improbabili, eam sibi in conjugem acceperit, illumque de super S. Joannes Baptista reprehenderit, dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, scilicet viventis, imò neque defuncto eo licuisset, quando semen fratris suscitasset, uti in præfenti eunx fuerat Herodiamem.

EXEMPLA HISTORICA.

BION in Bucolico sub pastoris persona Amorem carminum suorum præceptorum facit. Stob. ser. 61.

EGURUS Philolophus, Leontium & Laldem amicas habuit. Athen. lib. 13. c. 20.

Plato Arceanassam Colophoniam deperisse putatur, edito de ea Epigrammate, quod legitur lib. 3. Anthol. Græc. Epigr. c. 15. vers. 11.

JOSEPHUS Judæorum princeps apud Ptolomæum Evergetem Alexandriæ cœnans, saltatriculæ in convivio amore exarsit. Joseph. lib. 11. c. 4. Antiq.

FILIUS Antonii Venerit dicit Veneti, amatæ à se ardentissimæ puellæ januis cornua bubula fixit, illicque occurrenti in via publica osculum invitæ ferre voluit, qua ex re & illum perpetuo carceri includendum curavit pater, nec unquam dimissum esse voluit, quamvis graviter agrotaret, ita ut peste grassante in carcere tandem obierit. Egnat. lib. 6. cap. 1.

THESPIENSES Erotidia celebrabant, sicuti Olympia Lacedæmonii: ante pugnam amori sacrificabant, veluti in amore certantium, & certa amicitia victoria consisteret. Cretenses in præliis optimos ac pulcherrimos amore devictos

secernebant, ac per eos annua facta fiebant. Apud Athenienses facta cohors appellata, ex amatis ac amantibus consistebat, ut tradit Alexis, in qua summa erat fiducia. Ex Athenæo Volat. lib. 32. Philologia.

Ex Pausania monumentis non negligendum illud utique, Assyrios omnium primos Uraniam Venerem adortos colere, quos sint infectum in Cypro Paphii, & ad Ascalonem Phœnices, à quibus didicerunt mox Cytherii. Sed & Athenis Uranie Veneri fuisse erectum templum, idem comprobavit Pausanias. Calus lib. 23. cap. 3. & lib. 29. cap. 18.

PYTHEN genere illustrem, tradunt historici celeberrimi, uxorem duxisse Japygiam, exque eo matrimonio natam illi filiam, Pieriam nomine: erat autem bellum vehementer Myuntius adversus Milesios, tantumque rei divinæ faciendæ causa commeatricebat. Pythes igitur uxor cum filia, Diane facta factura, progressa Miletiun, ibi rorum Phrygiæ Nelei maximus natu filius, Pieriam conspicuit, equique forma incensus, amare vehementer puellam cepit, quique est amantium effectus, cupiens illi gratificari, quidam gratissimum ei à se præstari posset, percunctatus. Tum puella fluturum errata inspicerent, ob id in melius vitam mutare solerent. At amantem, qui dicendi capaces non sunt, ex sapientium benefactis fructum percipere nullum possunt. Fulg. lib. 7. c. 2.

POPULIA Marci filia, miranti cuidam, quid esset, quapropter alia bestia nunquam murem desiderarent, nisi cum prægnantes vellent fieri, respondit: Quia bestia sunt. Macrobi. lib. 2. c. 5.

CÆSARIS Augusti Filia, quum concilii flagitiorum admirarentur, quomodo similes Agrippæ filios procrearet, que tam frequenter vulgo potestatem corporis sui faceret? respondit: Quia nunquam nisi nave plena vectorem tollo. Macrobi. lib. 2. c. 5. Saturn.

Mulier quædam dixerat se perire amore Vespasiani: ei perductæ quum pro concubitu festidia quadraginta donasset, roganti dispensatori, quo titulo vellet eam summam rationibus referri, dixit, Vespasiano adamato. Sover.

ARISTOTELES Cyrenæus ab amico quodam percontatus, An amor coitus gratia ferret? Neque ejus gratia, neque sine eo, respondit. Stob. ser. 61.

PANETIUS adolescentulo quærenti, an sapiens amaturus esset? De sapiente, inquit, videbimus. Mihi & tibi, qui à sapiente remque absumis, non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Bruf. lib. 1. c. 2.

THEOPHRASTUS interrogatus, quid esset amor? respondit, animæ otiosa affectus. Stob. ser. 25.

OB AMOREM NIMIUM INTEREMPTI. Vide Zelotypia. Item Titulum de morte. Interfecti à seipsis.

AMOR MORTUI. Quere, Mortis instrumenta. Tit. de Morte.

OB AMOREM INSANI. Vide Tit. de Insania, §. Quali Insania laboravit.

AMOREM VENERIFICI CONCILIARE. Consule Tit. de Venerifici.

AMORIBUS HONESTIS SE RECREARE. Vide Exercitatio. §. De Animi relaxatione.

HEROGLYPHICA. Apud Onocritas legere est, Lucernam ardentem esse mulieris signum, que sit amore capta, propterea quod levis, inconstans & infirmus admodum sit earum amor, qui lucernæ instat, minimi status impulsu extingui potest. Pierius Val. lib. 46. pag. 151. B.

Ægyptii Sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, per ignem amorem exprimi voluerunt: deoque faces passim Cupidini dedicarunt. Idem lib. 46. pag. 456. D.

Quoniam voluntatum studiorumque consensus atque similitudo amorem parit, celeberrimè à Platone Lyra inter amatoriam monumenta, lib. de Anima. Pier. Val. lib. 47. pag. 459. B.

Malum quoque amoris est symbolum, quique amorum agmina pingere volunt, lufitare eos malis, & inter arbores ejusmodi lascivire: poma decerere, abrodere, jactareque confingunt. Item cur Malus arbor amori potissimum consecrata, ut & symbola amoris mutui, perditii, iniqui. Vide apud Pier. lib. 45. pag. 522. & 523.

B. T. theat. vit. Human. Tom. I.

* Amphibia.

A utique amat. Atque is demum verus est amor. Nam qui vulgò dicuntur amare, suum venantur commodum cum incommodo adamati. Laert. lib. 7. c. 1.

PRODIGIUS ajebat, cupiditatem geminatum, amorem esse: amorem vero geminatum, insaniam fieri. Stob. ser. 62.

EUNUCHUS quidam quum deprehensus esset cum pellice regis Babyloniz, præsentem Apollonium rex interrogat, Quid de Eunuchis faciendum judicaret: at ille: Quid nisi vivat? Admiranti autem regi subjicit: Omne supplicium, si viveret, ob amorem patietur. Bruf. lib. 1. c. 2.

POLITUS rex Traciz, Trojani belli tempore, cum Trojani pariter & Græci legationem ad ipsum misissent, auditis utriusque pronunciatum, ut Alexander redderet Helenam, & à se pro una duas formosas abduceret uxores. Sapiisset Paris, si hoc fecisset. Nam una satis fructus, habuisset duas novas, & patriæ consuluerit. Quis autem non miretur Græcorum humanitatem, quibus lat erat futurum, si tantum redderetur, que cum adultero tandem dormierat? Plur. in Apoph.

IDEM affinnabat, insanos prudentibus longè utiliores esse, quam insanis sapientes. Quippe quia sapientes, cum fluturum errata inspicerent, ob id in melius vitam mutare solerent. At amantem, qui dicendi capaces non sunt, ex sapientium benefactis fructum percipere nullum possunt. Fulg. lib. 7. c. 2.

POPULIA Marci filia, miranti cuidam, quid esset, quapropter alia bestia nunquam murem desiderarent, nisi cum prægnantes vellent fieri, respondit: Quia bestia sunt. Macrobi. lib. 2. c. 5.

CÆSARIS Augusti Filia, quum concilii flagitiorum admirarentur, quomodo similes Agrippæ filios procrearet, que tam frequenter vulgo potestatem corporis sui faceret? respondit: Quia nunquam nisi nave plena vectorem tollo. Macrobi. lib. 2. c. 5. Saturn.

Mulier quædam dixerat se perire amore Vespasiani: ei perductæ quum pro concubitu festidia quadraginta donasset, roganti dispensatori, quo titulo vellet eam summam rationibus referri, dixit, Vespasiano adamato. Sover.

ARISTOTELES Cyrenæus ab amico quodam percontatus, An amor coitus gratia ferret? Neque ejus gratia, neque sine eo, respondit. Stob. ser. 61.

PANETIUS adolescentulo quærenti, an sapiens amaturus esset? De sapiente, inquit, videbimus. Mihi & tibi, qui à sapiente remque absumis, non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Bruf. lib. 1. c. 2.

THEOPHRASTUS interrogatus, quid esset amor? respondit, animæ otiosa affectus. Stob. ser. 25.

OB AMOREM NIMIUM INTEREMPTI. Vide Zelotypia. Item Titulum de morte. Interfecti à seipsis.

AMOR MORTUI. Quere, Mortis instrumenta. Tit. de Morte.

OB AMOREM INSANI. Vide Tit. de Insania, §. Quali Insania laboravit.

AMOREM VENERIFICI CONCILIARE. Consule Tit. de Venerifici.

AMORIBUS HONESTIS SE RECREARE. Vide Exercitatio. §. De Animi relaxatione.

HEROGLYPHICA. Apud Onocritas legere est, Lucernam ardentem esse mulieris signum, que sit amore capta, propterea quod levis, inconstans & infirmus admodum sit earum amor, qui lucernæ instat, minimi status impulsu extingui potest. Pierius Val. lib. 46. pag. 151. B.

Ægyptii Sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, per ignem amorem exprimi voluerunt: deoque faces passim Cupidini dedicarunt. Idem lib. 46. pag. 456. D.

Quoniam voluntatum studiorumque consensus atque similitudo amorem parit, celeberrimè à Platone Lyra inter amatoriam monumenta, lib. de Anima. Pier. Val. lib. 47. pag. 459. B.

Malum quoque amoris est symbolum, quique amorum agmina pingere volunt, lufitare eos malis, & inter arbores ejusmodi lascivire: poma decerere, abrodere, jactareque confingunt. Item cur Malus arbor amori potissimum consecrata, ut & symbola amoris mutui, perditii, iniqui. Vide apud Pier. lib. 45. pag. 522. & 523.

B. T. theat. vit. Human. Tom. I.

QUÆ, AD QUAM SPECIEM ANIMALIS REFERENDA.

AMPHIBIA sunt animalia, que licet pedes habeant, iis tamen non gradiuntur, dum in aquis, sed utuntur iisdem natando, velut pro remigio. Talia sunt Fibri, Lutæ, Hippopotami, & similia. Unde ad Pisces referuntur: cum perinde ac illi, velut incubantes aquis, quasi repant, & remigando procedant.

Amphibologia.

¶ Vide Ambiguitas.

Amphitheatrum.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

AMPHITHEATRUM Græca vox est, & significat Circum, quem gradus & sedilia undique in orbem ambiunt. Latinis Cavea dicitur ab interiore parte que concava est, & capaci quodam profundo. Meminit hujus vocis Latinæ Ammianus lib. 29. & Tert. contra Marcionem. Ita Prudent. Quid pulvis Caveæ semper funebri, & illa Amphitheatralis spectacula tristia pompe? Etiam Arena dicitur idem locus, quia arena defabulati solet, ait Lipsius lib. de Amphitheatro c. 3. & ostendit ex Martiale, qui de Leone subito efferato ait: Nam duo de tenera juvenilia corpora turba, Sanguineam rasis que renovabat humum; Sævus & infelix furialis dente peremit.

QUIBUS DEDICATA AMPHITHEATRA. Amphitheatra imprimis Dianæ, Diti, Saturno, aliisque diis sacrabantur. Vide Tertull. in Apologetico, & Prudentius, verbis paulò ante ex illo adductis, subiungit: Que sunt delicia Jovis Infernalis, in istis Arbiter obcuri placidus requisivit Averni.

QUIS USUS, ET QUANDO COEPERINT. AMPHITHEATRA venationibus & ludicio destinata primitus fuerunt, quamvis & aræ in iis essent, in quibus solennia sacrificia peragebantur. Coeperunt tempore Julii Cæsaris: ut qui primus Amphitheatrum in campo Martio posuit, quod post, auctore Tranquillo, Augustus Mausoleum ædificaturus, destruxit, qui & ipse media urbe aliud instituit, quod à Tito consecratum memorat Sover.

At prima ex ligno constructa fuere. Refert Plin. lib. 36. Et in Dione legitur, Theatrum quoddam ex ligno constructum, corruisse cum multorum clade, lib. 37. Postmodum tempore Augusti, è lapide, & una cum opibus crescente luxu, admodum sumptuosa evaserunt. Unicum tamen lapideum ulque ad tempora Vespasiani dumtaxat Romæ fuisse, satis certum. Coepit elegans quoddam Vespasianus, at non perfecerat: Tirus filius extremam manum posuit.

FORMA ET CAPACITAS. Arenæ sive Caveæ quam Amphitheatrum dicimus, forma ovalis erat, ut refert Cassiodorus, cum dicit fuisse prolixæ rotunditatis. Et Calpurnius in Bucolico, de venatione Carini, ait: Et geminis medium se molibus alligat ovum.

Capacitas immensa erat, uti & ipsa moles supra fidem alta. P. Vit. Amphitheatrum inquit, quod capit loca LXXXVII. In quibus vult sedisse octoginta millia hominum. In ambitu nihilominus non minus spectabant quam dena aut vicena potius millia: sive stantes, sive in allatis cathedris sedentes. Jure ergo hanc molem admiratus Cassiodorus: Hoc, inquit, Titi potentia principalis, divitiarum profuso flumine, cogitavit ædificium fieri, unde caput urbium dignosci potuisset. Et Martialis omnibus operibus præponit illud à Tito institutum: Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro: Vnum præ cunctis fama loquatur opus.

Erant præterea in Amphitheatris specus subterranei, & caveæ ac antra immitendis & emittendis feris. Ita Stat. II. Sylv. — stat cardine aperto Infelix Cavea, & clausis circum undique portis, Hoc licuisse nefas pavidi timere Leones.

Bb 3 ORNA-